

*Mandato relativo alla convocazione
nell'esercito che assedia di Lucera
di tutti i feudatari muniti di armi e
cavalli, sotto pena della confisca dei
loro feudi, e di coloro che, privi di
feudalia, sono tenuti ad inviare un uomo
per fuoco e a munirsi di armi adatte.*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Mandato relativo alla convocazione
nell'esercito che assedia di Lucera
di tutti i feudatari muniti di armi e
cavalli, sotto pena della confisca dei
loro feudi, e di coloro che, privi di
feudalia, sono tenuti ad inviare un uomo
per fuoco e a munirsi di armi adatte.*

1269-02-16

Karolus etc. ^{confisca dei loro feudi, e di coloro che} *Eidem (Iustitiano Terre Laboris et*
^{privi di feudalia, sono tenuti ad inviare un} *Comitatus Molisii) etc. Cum ad exterminium*
^{uomo per fuoco e a munirsi di armi ed atte.}
Sarracenorum Lucerie intendamus instanti ex tunc
tempore auctore Domino viriliter et potenter, f. t....
mandamus quatenus... in decreta tibi provincia, indicens
exercitum generalem, precipias universis Comitibus
Baronibus et feudatariis, qui Curie nostre... servire
tenentur, sub pena feudorum que tenent, ut equis et armis
decenter parati veniant ad exercitum supradictum. Alios
vero homines civitatum locorumque ipsius provincie
feudalia non tenentes precipias similiter ad ipsum venire
exercitum sub pena in personis et rebus nostro arbitrio
infligenda, hoc modo videlicet quod de qualibet domo
seu de quolibet foculari veniat unus qui erit in domo
melior ad pugnandum, et portet arma que potest habere.
Hii autem qui commodè habere arma non poterunt, si sint
in edificiis vel operibus machinarum seu clausuris ligneis
faciendis edocti, portent instrumenta omnia necessaria
unicuique. Qui vero nec sint artifices nec armati, portent
saltem falces et instrumenta alia ad vastandum, picones
et fossaria ad cavandum, palas ad evacuandum et
omnia alia necessaria ad gravandum melius inimicos,
ita quod nullus in exercitu remaneat otiosus. Ordines
etiam quatenus de qualibet terra pro personis que venient
ex eadem victualia ab ipsis venientibus et convicinis
eorum unde vivere valeant ad exercitum deportentur;
quoniam ordinavimus ut nil vendatur illis qui victualia
non portabunt. Facias quoque nomina omnium, quos
secundum modum predictum venire mandamus, in
duobus consimilibus quaternis conscribi, quorum unum
penes te retineas et reliquum ad Cameram nostram sine
mora transmittas, ita quod in quaternis ipsis contineatur

distincte qui arma et qui falces, qui fossaria et qui palas, et qui quelibet instrumenta debeat ad exercitum secum ferre. Prefiximus omnibus supradictis terminum in quindena post festum Resurrectionis Dominice proximo futurum, in quo apud Civitatem Trojanam omnes debeant congregari, suadendo eisdem quod quanto melius venient preparati, tanto celerius authore Deo expedietur negotium et poterunt ad propria remeare. Ad exequendum autem predicta, cum omni sollicitudine diligentia et cautela procedens, statues vice tui personas fideles et divites...; ita quod si in talibus male se gesserint possint in personis et rebus puniri graviter... Demum... caveas... ne alicui de hiis qui venire debent... tribuatur... licentia remanendi.

Datum Fogie, XVI februarii, XII ind.